ar clemens nomine erit super nos.
ut autem a vetusta hac te
per carnis et spiritus. Extingue
virus hoc mortiferum. quod de
pomi sui reliquiis eva pro
pinavit. qui sibi noxialis
gustu inebriata est filiis.
et dimisit reliquias suas
parvulis suis. Anima potu
bonum suum illa ebria. que to
tum ebibisti aut totum effu
disti. Te domina exorante.
omne iugum nostrum. computrescat
a facie olei divine un
ctionis removeatur ut a spiritali
munere nostra. ut novum no
va voce. novum canticum. no
vis vocibus aggregati. illuc
ubi nova sunt omnia. iubile
um sempiternum celebrantes
in cymbalis concinamus. Tolla
tur crassa hec nebula ab o
culis nostris. ut revelata
facie gloriam dei speculan
tes. In nobis sit illud pela
gus divini luminis absorbe
atur a spiritu sancto ac deo nostro
in vinculis caritatis astricti.
unus cum ipso spiritu efficiamur.

Prester hoc nobis tuus in
ventu o maria filius tuus
ihesus christus deus et dominus noster. cui
laus et gloria et gratiarum actio
in sempiterna secula. Amen.

Secundum Johannem

In illo tempore. Maria stabat
ad monumentum foris plo
rans. Dum ergo fleret inclina
vit se et prospexit in monume
ntum. Omelia. origenis. In presenti
solempnitate locuturus cum
vestre caritatis dilectissi
mi amor venit ad memoriam.
quo beata Maria magdale
na dominum nostrum diligendo.
discipulis fugientibus eum ad
mortem eundo sequebatur. Ita
veri amoris igne succensa.
nimio ardens desiderio. in tantum
plorans a monumento non re
cedebat. Maria autem ut evange
lista testatur. stabat ad mo
numentum foris plorans. Audi
vimus fratres ad monumentum
stantem. audivimus et mariam plo
rantem. Videamus si possumus
cur staret. videamus cur plo
raret. Prestet nobis et illius

Homelia Origenis ~~in paschate~~. Magis autem sapit stylum Chrysostomi; de fletu Maria Magd. et totum exaggerando ~~tantum~~ conrepetendo causas plorationis ad sepulchrum

stare, prae se nobis et illius plo
rare. Amor faciebat eam
stare, et dolor cogebat eam
plorare. Stabat et circumspi
ciebat, si forte videret quem diligE
bat. Plorabat vero, quia sub
latum putabat quem quaerebat.
Dolor renovabatur et erat, quia quem
prius doluerat defunctum, et nunc do
lebat sublatum. Et iste dolor
maior erat, quia nullam consola
tionem habebat. Prima fuit
causa doloris, quia vivum perdi
derat, sed de hoc dolore aliquan
tulum consolationem habebat,
quia mortuum se retinere crede
bat. Nunc autem de isto dolore
se consolari non poterat, quia corpus
defuncti non inveniebat. Metue
bat ne amor dilecti magistri
sui in pectore suo refrigesceret,
si corpus eius non inveniret [illegible] et
in suo [illegible] [illegible]esceret.
Venerat au[illegible] tem
[illegible]mata ad monu[illegible]mentum
[illegible] deferens secum
[illegible] aromata unguen
ta quae paraverat, et sicut
de unguento pedes unctis ute

erat, sic et nunc corpus defunc
ti et unguento ungeret et aroma
tibus condiret. Et sicut prius ad
pedes Ihesu lacrimas fuderat,
ita et nunc ad monumentum la
crimas funderet, et sicut lacri
mis suis pedes eius rigaue
rat pro amore animae, ita nunc ad
monumentum vadit lacrimis
rigare pro amore magistri sui.
Cum vero tunc non invenisset corpus
in monumento, labor unguenti
periit, sed dolor lugendi cre
vit. Defuit obsequio, sed
non defuit dolori. Defuit quem
condiret, sed non defuit quem plo
raret. Eo magis plorabat,
quo ille magis deerat. Plo
rabat enim vehementer, quia
additus erat dolor super dolorem
eius. Duos enim dolores eximi
os uno gestabat in corpore,
quos mitigaret lacrimis.
Ideo tota posita in dolore men
te et corpore deficiebat, et
quid agere nesciebat. Quid
enim mulier ista agere poterat
nisi plorare, quia intolerabilem
habebat dolorem, et nullum

invenire consolatorem. Petrus
quidem et iohannes cum ea
venerant ad monumentum.
sed non invento corpore abierunt.
Maria autem stabat ad mo
numentum foris plorans. et
quasi desperando sperans et
sperando perseverans. Pe
trus et iohannes timuerunt.
maria autem non timebat.
quia nichil suspicabatur sibi
super esse de quo timere deberet.
di Perdiderat enim dominum suum. quem scilicet
igitur singulariter diligebat.
ut praeter illum nichil posset di
ligere. nichil posset sperare.
Perdiderat vitam animae suae.
et ideo melius arbitraba
tur fore sibi mori quam vivere.
quia forsitan inveniret mori
ens quem invenire non pote
rat vivens. sine quo tamen
vivere non valebat. Fortis est
ut mors dilectio. Quid
autem aliud faceret mors in
maria. Facta est exanimis.
facta insensibilis. sentiens
non sentiebat. videns non vide
bat. audiens non audiebat.

sed neque ibi erat ubi erat. sed
ubi magister suus erat. de quo
ubi esset nesciebat. Quere
bat enim. et non inveniebat.
Ideo stabat ad monumentum
et plorabat. et erat lacrimabi
lis. O maria quod spei. quod consi
lii. aut quod cordis tibi erat ut
sola stares ad monumentum
discipulis abeuntibus. Tu enim
illos venisti. et cum illis re
redisti et post illos reman
sisti. Cur hoc fecisti. Sa
piebas plus illis. aut di
ligebas plus quam illi. quia non
timebas ut illi. Certe ni
chil sapiebas maria nisi dili
gere. et pro dilectione dolere.
Oblita est seipsam. oblita
est denique omnia praeter illum quem
diligebat super omnia. Et quod
m[illegible]ira si sic est oblita
ut etiam [illegible] ipsum cognosce
ret. [illegible] Credite in
si illum cognosceret. in monu
mento non quere[illegible]ret.
Et si vita illius [illegible] in
mente retineret de mortuo non
doleret. sed de vivente gauderet.

ut de sublato ploraret. et de
resurgente exultaret. Dix
it ei ihesus quod moreretur et tercia
die resurgeret. Sed pre dolore
nimius dolor cor illius reple
verat. et memoriam horum ver
borum deleverat. Sensus in ea
nullus remanserat. omne
consilium deperierat. omnis spes
defecerat. solum flere supererat.
Flebat ergo quia sola flere poterat. Et
dum fleret inclinavit se et prospex
it in monumentum. Et vidit du
os angelos in albis sedentes.
unum ad caput et unum ad pedes.
Qui dicunt ei. Mulier quid plo
ras. O maria consolacionem inve
nisti. et forte melius contigit
tibi quam sperasti. Nam querebas
unum. et duos invenisti. Que
rebas hominem. et angelos in
venisti. Querebas mortuos.
et viventes invenisti. Reperisti
eos qui videntur curam de te habere.
quia volunt dolorem tuum lenire. Ille
vero quem queris videtur dolorem tu
um negligere. lacrimas tuas vi
detur despicere. Vocas illum et non audit.
oras et non exaudit. queris illum

et non invenis. pulsas et non aperit.
sequeris illum et fugit. Heu
quid est hoc. Heu quis hec immuta
cio. Heu quomodo immutatus es
res in contrarium. Ille enim qui
non recessit a te olim te dili
gebat. olim te a phariseo de
fendebat. a sorore tua te in
pellante diligenter excusabat.
Olim laudabat te quia pedes
suos unguento ungebas. et
lacrimis rigabas. et capil
lis tergebas. Dolorem tuum mul
cebat. et peccata dimittebat. O
lim querebat cum abesses. man
dabat tibi per sororem tuam ut ad
se venires dicens. Magister ad
est et vocat te. Quam cito sur
rexit maria ut audivit quam
cito venit. et subito mox te
cidit ad pedes tuos o bone
ihesu. Tu quoque cum vidisti eam
plorantem. lacrimatus es. Quam
pie consolando dixisti. Ubi
posuistis eum. Deinde pro dilec
tione eius quam multum dilexit
te. fratrem suum lazarum resus
citasti. et planctum huius dilec
tricis tue convertisti in gaudium.

O dulcissime magister quod
postea ante peccauit discipu
la tua. Nisi in quo offendit
offendit dulcedinem cordis
tui. hec amatrix tua quod sic
recedis ab ea? Nos post hec
nullum peccatum audiuimus in
quam sepultus fuisti. cum omnis
venit ad monumentum tuum
ferens vnguentum quo vn
geret corpus tuum. Et cum non
inuenisset in monumento. cu
currit et nunciauit discipu
lis tuis. Illi venerunt vide
runt et abierunt. hec autem stetit
et plorat. Si hoc peccatum est
negare non possumus quin
ipsa hoc fecit. Si autem peccatum
non est sed amor tuus et de
siderium quod habet de te quare sic
recedis ab ea et abscondis
te ab ea? Tu qui diligis omnes
diligentes te. et qui inueniris
ab omnibus querentibus te. tu di
cis qui mane uigilauerint
ad me inuenient me. Ergo
mulier ista que valde ma
ne vigilat ante tuum non inue
nit te? Quare non consolaris

lacrimas quas fudit pre dolore
suo. Sed tu solito more eam
diligis. cur desiderium suum
tam diu protrahis? O verax
magister et testis fidelis recorda
re testimonii tui. quod olim
de maria reddidisti marthe so
rori sue. Dixisti enim. Maria
optimam partem elegit que non
auferetur ab ea. Vere optimam
partem elegit. que elegit stare
ad pedes tuos et audire ser
mones tuos. Sed quomodo verum
est quod non auferetur ab ea. si
nunc es ablatus ab ea. Quod si non
ablata ab ea optima pars
quam elegit. quare plorat et quod
querit? Certe maria nichil
querit nisi quod elegit. Et pro
hoc solum plorare non desinit. quia
quod elegit nunc perdidit. Ergo
custos hominum aut tu partem quam e
legit custodi in ea. aut ego
nescio quomodo verum est quod non au
feretur ab ea. nisi hoc intelligatur
quia licet sis ablatus ab
oculis eius. tamen non es ablatus
a corde eius. Maria quid amplius
moraris. Quid turbaris.

Quid ploras? Certe habes ange-
los. Sufficiat tibi angelorum vi-
sio, quia forsitan ille quem queris
quem ploras sensit aliquid in te.
propter quod non vult videri a te. Po-
ne iam finem dolori tuo. Sit mo-
dus lacrimis tuis. Recordare quod
ipse dixit tibi et aliis mulieribus:
Filie Ierusalem nolite flere super me.
Ergo quid est quod facis? Ille prohi-
buit flere, et tu flere non desinis.
Timeo ne plorando ipsum offen-
das, pro quo incessanter sic ploras.
Nam si ipse amaret lacrimas
tuas, non posset forte ut olim
omnes lacrimas suas. Nunc ergo
audi consilium meum. Sufficiat an-
gelorum consolacio. Et mane cum illis
et interrogamus illos quod si forte sci-
ant quod factum sit de eo quem que-
ris et quem ploras. Ego certe cre-
do quod ipsi ad hoc venerint, ut ipsi tes-
timonium de eo perhibeant. Credo
quod ipse quem ploras misit eos
propter te, et annuncient resur-
rectionem eius et consolentur ploraci-
onem tuam. Dicunt ei: Mulier quid
ploras? Que causa est doloris tui?
Non abscondas a nobis lacrimas

Aperi nobis animum tuum,
et nos tibi indicabimus deside-
rium tuum. Maria nimio dolore
confecta, tanta in excessu mentis + excessu
posita, nullam recepit consola-
tionem, et ad nullum accedit ac
consolatorem, sed intra se cogita-
vit dicens: Proh dolor, qualis
est ista consolacio? Qualis est
ista visitacio? Omnes isti
onerosi consolatores estis? Graviter
me et non consolantur. Ego enim que-
ro consolatorem et creatorem, et
ideo gravius est michi ad videndum omnis
creatura. Nolo angelos vi-
dere; nolo cum angelis manere,
qui possunt dolorem augere et non
penitus delere. Si ceperint michi
multa narrare, et si volu-
ero eis ad omnia respondere, timeo
ne amorem meum magis in-
pediant quam expediant. Denique
ego non quero angelos, sed
meum et angelorum dominum. Tule-
runt dominum meum. Ipsum solum
quero; ipse solus potest me conso-
lari. Sed nescio ubi posue-
runt eum. Circumspicio si vide-
am alibi, et non video. Vellem in

venire locum ubi positus est.
et non invenio. Heu me mise
ram quid agam? Quo ibo? Que
ram illum in monumento et
non inveni. vocavi et non respon
dit michi. Heu me ubi illum que
ram? Ubi illum inveniam? Sur
gam et circuibo omnia loca que po
tero. et dabo sompnum ocu
lis meis. non dabo requiem
pedibus meis. donec inveniam
eum quem diligit anima mea. Ef
fundite lacrimas oculi mei.
plorate et nolite deficere. Am
bulate et discurrite. et no
lite requiescere pedes mei. Heu
heu quo abiit gaudium me
um? ubi latitat amor meus?
Ubi est dilectio mea? Cur
me dereliquisti salus mea.
O dolores. o angustie intol
lerabiles. Angustie sunt michi
undique. et quid eligam ignoro.
Si iuxta monumentum ero.
illum non invenio. Si a monu
mento recessero. nescio mi
sera quo vadam. nescio ubi
eum queram. Discedere a mo
numento mors michi est. stare

autem ad monumentum irreme
diabilis dolor. Melius est sepul
chrum domini mei custodire: quam
ab eo longius ire. Si enim lon
gius abiero. forte si rediero
ipsum sublatum inveniam et destruc
tum. Sto igitur et hic moriar: ut
saltem iuxta sepulchrum domini
mei sepeliar. Quam bonum cor
pus meum. si fuerit sepultum
iuxta dominum meum. Quam felix
anima mea. que egrediens de
fragili vase corporis mei non
poterit ingredi glorioso sepul
chrum domini mei. Super[?] esse mee
labor et dolor. sepulchrum domini
mei erit consolatio mea et in
morte requies mea. Vivens
illud iuxta manebo moriens
illi adherebo: non viva nec
mortua ab illo separabor.
Heu me miseram. quare ego tunc
recessi hinc. quando dominum meum se
peliri conspexi? Quare tunc non
steti? Quare monumentum et cor
pus eius non perseveranter custodi
vi? Hic certe non perdidissem sub
latum. quem aut prohibuissem aut
cum secura fuissem sublatores.

Respice dolorem ego nolui obser vare legem. Immo mihi dominum le gis legi obediui. et cui lex obedit non custodiui. Quoniam cum ipse maneat non fuisset legem trans gredi. sed ad tempus. passio ab hoc defuncto non consumitur sed renouatur. Mortuus iste non po tuit violari. sed mutatur in vi uos. sanat omnis vel gementes et illuminat ardentes. Sed quo re nio dolore illud. Non redeo monumentum apertum inveni. ip sum quem querebam non inveni. Stabo modo et expectabo si for te aliquem appareat. sed quia stabo sola. Abierunt discipuli: et me solam plorantem reliquerunt. Nul lus qui mecum doleat apparet. Apparuerunt angeli: sed nescio pro qua causa apparuerunt. Si me consolari vellent: propter quod ploro non ignorarent. Si enim non ignorarent quod ploro. cur dicunt mihi quid plo ras. Queso ne mihi suadeant hoc. ne hoc mihi moneant: alioquin me prestituent. Quid plura. Ego illis non obediam: et dum vivo plorare non de sinam donec dominum meum non inveniam.

Quero me vitam. Non quem ibo. Aliquo consilium petam. Quem preceptore. Quis mihi miserebitur. Quis indicabit mihi quem diligit anima mea. ubi pascat ubi cu bet in meridie. Queso michi dic ille. quia amore langueo et dolore deficio. quia est dolor sicut dolor meus. Revertere dilecte mi: revertere dilecte noster mei. ostende mihi lenitatem potentie tue: ostende mihi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis. vox tua dulcis et facies tua deco ra. O spes mea ne confundas me ab expectatione mea. Demonstra faciem tuam et suf ficit anime mee. Dum maria sic flet et dolet. et dum hec dix it illa conversa est retrorsum vidit ihesum stantem: et nesciebat quia ihesus esset. Dicit ei ihesus. Muli er quid ploras. Quem queris. O desiderium anime mee. Tu cur interrogas eam quid ploras. quem queris. Ipsa paulo ante oculos suos cum magno dolore cordis sui. vide te spem suam suspendi in

lugruit; et nunc dicis quid plo-
ras? Ipsa viderat manus
eius quibus sepe benedicta
fuerat, et pedes eius quos
osculata fuerat, et lacri-
mis rigaverat clavis af-
figi; et tu dolore plenus nunc
dicis quid ploras? Viderat
expirantem spiritum suum pi-
delicem tuum; et tu dicis quid
ploras? Nunc insuper corpus
tuum sublatum existimat, quod
quod ungendum ut se in eo q
consolaretur veniebat; et
tu dicis quid ploras, quid que-
ris? O dulcis magister, ut
quid queso probas spiritum huius
mulieris? Ad quid probas
animam suam? Toto pendet ad
te, tota manet in te, tota spe-
rat de te, tota desperat de
se. Ita querit te, ut ul nil
querens cogitet preter te.
Ideo forsitan non cognoscit te,
quia non est in se, propter te et extra
se. Cur ergo dicis quid ploras?
quem queris? An putas quod
ipsa dicat te ploro, te que-
ro? nonne plus inspiraveris et

dixeris in corde suo: ego
sum quem ploras, quem queris?
An putas quod cognosceret te,
sed diu volueris celare te?
At illa existimat quod orti-
lanus esset, dixit ad eum: Domine,
si tu sustulisti eum, dicito mihi
ubi posuisti eum, et ego eum tol-
lam. O dolor mirabilis, o a-
mor inenarrabilis! Mulier
ista quasi densa nube doloris
obtecta non videbat solem,
qui mane surgens radiabat
per fenestras eius, quia per aures
corporis eius iam intrabat in do-
mum cordis eius; sed quem amore
languebat, illo languore sic
oculi eius caligabant, ut non
videret quem videbat. Videbat enim
Ihesum, sed nesciebat quis esset. O
Maria, si queris Ihesum, quare
non cognoscis Ihesum? Et si cog-
noscis Ihesum, cur queris Ihesum?
Ecce Ihesus venit ante te, et quem
queris, querit te, et tu orti-
lanum existimas. Verum qui-
dem est quod existimas, sed tu tamen
hoc erras. Dum sic ortulanum
existimas, ut Ihesum non cognos-

cus. Est enim ihesus et hortulanus.
quia ipse seminat omne semen
bonum in orto anime tue et in cordi
bus fidelium suorum. Ipse omne o
pus plantat quod bonum est et
rigat in amaritudine. Et ipse est
ihesus qui tecum loquitur. Mortuum
cum quereris: et viventem non cog
noscis. Nunc in veritate comperi
hanc esse causam propter quam ante vide
batur et propter quam et nunc appare
bat. Sicut enim et apparere.
quem non querebas. Certe que
rebas qui non erat: et non que
rebas qui erat. Tu querebas
ihesum: sed nesciebas ihesum. O
dulcis et pie magister. non possum
omnino excusare hanc discipu
lam tuam. non habeo possum defendere
hunc errorem suum si tamen erra
bat. quia te talem in monumento
reliquerat. Videbat enim defunc
tum corpus tuum de cruce in mo
numento deponi: et tantus
dolor de morte tua innascebat
eam de sepultura a qua ut ni de
chil posset cogitare de resur
rectione tua. Denique Ioseph
posuit in monumento cor

pus tuum. Maria sepelivit
pariter spiritum suum. et ita in dubio
habuit vivere et quodammodo
vivuit cum corpore tuo ut
facilius possit separare a
nimam se vivificantem a vivi
ficante corpore suo quam spiritum
te diligentem a defuncto cor
pore tuo. Ipsa enim magis erat
magis in corpore tuo quam in cor
pore suo. Cumque requirebat
corpus tuum: requirebat pa
riter spiritum suum. Et ubi perdiderat
corpus tuum: ibi perdiderat et spi
ritum suum. Quid mirum si te
nesciebat. que non habebat
spiritum quo scire debebat. Redde
ei igitur spiritum suum quem habes in
te corpus tuum. mox recipiet
sensum suum. et relinquet er
rorem suum. Sed quoniam errabat
que sic pro te dolebat: et sic a
mabat. Certe si errabat:
non dubitat dico quod ipsa er
rare ignorabat: et hic er
ror non procedebat ab errore sed ab
amore et dolore. Igitur miseri
cors et iuste iudex. amor quem
habebat in te et dolor quem habebat

pte· exquiser eā apud te. Nō
attendas ad mulieris er
rore. q nō p errore sz p a
more & dolore dicit t. Dñe
si tu sustulisti eū. dicito
m vbi posuisti eū. & eū
tollā. O q̄ sapient nescit.
et q̄ docte eāt. Ad ange
los dicit. tulerūt dnm meū
ū. & nescio vbi posuerūt
eū. Et nō dixit tulistis &
posuistis. qm angeli de
monumento te n tulerūt.
neq̄ in alio loco posuerūt.
tibi u dicit si tu sustulisti
eū & vbi posuisti. qa reue
ra tu de monumento te ip
sū suscitasti. & in loco vbi
es posuisti. Angelis n
dixit dicite m. qa angeli
n poterant ex toto dicē
qd de te fuerat. t quidem
dicit dicat m. qa nō est
impossibile t dicē. qd possi
bile sint facē. Tu eni vir
tute tua surrexeras. & qd de
te factū fuerat. vt sciu fu
erat. tu scim ipse fecerās.
Quid ē aut hoc dne qd ma

ria crebro dicit. & repetit
istud vbū. vbi posuerūt
eū. Multū sunt hoc vbū
in corde suo. qd sic habunda
uit in ore suo. Sic dulcis ma
gister h fecit dulcedo tua. et
h fecit p amo tuo. qa memi
nit te dixisse de ore suo. qd
sic habūdabat vbi posuis
tis eū. Sermo enī audiuit
h vbū ab ore tuo. conserua
uit diligent in corde suo & de
lectata ē in sermone tuo.
O q̄ diligit psonā tuā. qm
tm diligit vocem tuā. O q̄
desiderat vultū tuū vide. q
sic desiderat pnuciare vbū
tuū. q tā libent loquit ser
mones tuos. Quis ē ergo
iste ihū. qd dicit ad te dic te
& ego eū tollā. Joseph timu
it nec fuit ausus tollē te
p tuū n de cruce nocte &
nisi h petiisset a pylato. Ma
ria aūt nocte nō prestola
t. n pylatū reuerē. sz eū
[illegible] pmittit & ego eū tol
lā. O maria h corp ihū
forte positū est in atrio pri

capis sacerdotū. ubi apl'or
princeps se confitebatur
ad ignem. quid es factura?
Ego eū tollā. O celestibus
mulieris amor. nullū lenī
accepit. nichil aūt ponit. si
ne tenore dicit ab solute p
mittit. Dicito in ubi posuisti
eū et ego eū tollā. O mulier
magna ē constancia tua. mag
na ē fides tua. Tu igitur bone
domine cur oblitus es dicere. fiat tibi
sicut vis. et confide filia fides
tua salvā te fecit. Cur g° n
dicis ei ubi posuisti te. ut ip
sa tollat te sup cor suū. et pe
net i corpore suo. et nunciet
te discipulis. Noli qd magr
illi tam ulterius protrahere desideriū
quia certe iā triduo sustinet te.
et nō habet unde saciet esuriem
eius. nō virtute manifestando pre
rogas illi panē corporis tui
et de fragmentis eius repleat corp
hinnū cordis eius. Si g° nō vis
ut deficiat i via. refrigera
confracta viscera aīe eius dul
cedine saporis tui. Tu enim pa
nis vivus q habes in te omne
delectamentū. et omne sapo
rē suavitatis. Nō enim diu po

test retinere vitā corporis sui.
nisi tu cito manifestes vitā aīe
sue. Dicit ei ihc. Maria. Con
versa illa dicit ei. Raboni. quod
dicitur magister. Dicit ei ihc. No
li me tangere. O mutacio
dextere excelsi. Conversus ē dolor
magnus in gaudiū magnū.
Mutate sūt lacrime doloris
in lacrimas amoris. Ubi ipse
audivit maria. sic enim consueverat
vocare eā magister eius. presen
sit in ipso nōie. quendā singularē
vocacionis dulcedinē. et per ea
cognovit ipm a quo vocabatur
ēē magistrum suū. Tunc revixit
spiritus eius. et reversus ē sensus eius.
Cumque adhuc ihc vellet verba
verbis iungere. nō potuit maria pa
tienter expectare. sed p nimio
gaudio interrupit ea dicens.
Raboni. Nō enim arbitrabatur se
indigere verbo. qa invenerat
verbū. et longe utilius fore ex
istimabat tangere verbū quam au
dire verbū vel plura verba. O
amor fortis et impaciens. Nō suf
ficiet ei videre ihm. et loqui cū
ihū. nisi eciā tangeret ihm. Scie
bat enim quia virtus exibat de illo.
et sanabat omnes. Optissime

dñe. et o dulcissime magister.
quia bonus es hiis qui recto
corde. O quia beati sunt qui in sim-
plicitate cordis querunt te.
et quam felices qui sperant in
te. Verum certe est et indubi-
tatum verum est. quod tu diligis
omnes diligentes te. et numquam
derelinquis sperantes in
te. Ecce enim dilectrix tua sim-
pliciter querebat te. et veraciter
invenit te sperabat in te et
non est derelicta a te. sed plus con-
secuta est per te quam expectaret a te.
Sequimini fratres huius mulieris
affectum. ut pervenamus ad effectum.
ploret unusquisque ad ihesum. et
querere fideliter ihesum. quia non vela-
vit se generi peccatrici. Disce
peccare sicut cum peccatrice muliere cui
dimissa sunt peccata sua. disce
plorare dei absentiam. et deside-
rare eius presentiam. Disce cum maria
ihesum amare. et ihesum sperare et
credendo ihesum investigare. nul-
la adversa formidare. nullam
consolationem extra ihesum accipere.
omnia propter ihesum contempnere. Disce a
maria et querere ihesum in monu-
mento cordis tui. revolve lapi-
dem ab hostio monumenti dei.

amove omnem dubitationem et re-
pelle omne obstaculum a fide
tua. Tolle omnem concupiscen-
tiam a corde tuo. et diligenter perscru-
tare si sit ihesus in eo. Si autem non
inveneris ihesum in eo. sta foris
et plora. permane in fide et respi-
ce foras ad alios si forte vi-
deris in aliquo eum. et plorando ora
ihesum ut dignetur intrare ad te.
et habitet in te. et ne forte
recta aerumne repellas eum
a te. Humiliando inclina te. et
tunc respice in monumento quod
est intra te. Et si ibi angelos unum
ad caput. et unum ad pedes. r-
num noveris in corde tuo. quia ce-
lestia desideria tam ad contempla-
tivam vitam quam ad activam perti-
nentia. post non possis ihesum videre et ha-
bere. noli hiis contentus esse noli
adhuc desiderando quiescere. sed plo-
ra et quere ihesum usque donec inve-
nias. etiam si aliquis tibi apparu-
erit et desiderio tuo se represen-
taverit. noli te presumere tamquam
eum cognoscas sed interroga illum
et ora ut indicet tibi se ipsum. Ilu-
deo est constanter permane. si in fide ad
monumentum cordis tui stete-
ris. si plorando ihesum quesieris.

et querendo pseueraueris:
si te cū humilitate inclinaue
ris. si exemplo marie nullā
aliā consolacionē de ihū re
quire volueris: ipō reuelante
ipm̄ inuenies et ipm̄ agnos
ces. ita nō sit necesse querere
ab aliis vbi ē ihs. sed tu ma
gis indicabis nunciās aliis q̄a
vidi dnm: et hec dixit michi
cui est honor et gloria cū prē
et spū scō in secula seculorum
Amen. Explicit Omelia

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF